

Verba Platonis sunt: Ἀλλὰ τὸ λεγέσθω παρ' ἡμῶν αὐτὰ ἐστὶ ταύτη τῆ  
 αἰτία θεὸν ἡμῶν ἀνεύρειν δωρήσασθαι τὸ ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν οὐρανῶ τ' ἔνδ' κατιδόντος  
 περιόδους χρῆσάμεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς τὰς πῆς παρ' ἡμῶν διανοήσεως συγγενεῖς  
 ἐκείναις ἔσονται ἀτάκτοις τετραγαμίνας. **Deinde** ἀπλίσσιμα est doctri-  
 2 **æ** Astronomicæ utilitas, quod sola integram annorum se-  
 riem nobis monstrat, dierum noctiumq; vices intervalla  
 & quantitates metitur. Hac temporum notatione nobis  
 in Ecclesia potissimum opus est, vt mundi primordia,  
 religionum & Sectarum initia & tempora diuinarum pa-  
 tefactionum, editarum promissionum, incarnationis  
 Filij DEI, ac postremi eius aduentus ad iudicium vniuer-  
 sale cognita & perspecta sint. Cumq; Geneseos primo  
 DEVS hoc officium luminaribus delegarit, vt tempora,  
 dies & annos discernant, & metæ illorum sine motuum  
 cœlestium obseruatione intelligi & perspicere nequeant,  
 conuincimur certè mandato diuino Astronomicæ studiū  
 nobis commendatum esse. Sine hac nefestorum rationē  
 in primis nec pascatis & passionis CHRISTI verum tem-  
 pus scire. De anno redemptionis nostræ & CHRISTI  
 morientis ætate, magna est inter Ecclesiæ doctores dissen-  
 sio. Tertullianus, Lactanius & alij clarissimi CHRISTVM  
 ætatis anno vicesimo & octauo calendas Aprilis nimirum  
 eo die, quo primus homo ADAM procreatus est, crucifi-  
 xum referunt, quæ narratio præterquam quod historiarū  
 consensui repugnat, ita & cum Luca Euangelista, qui  
 affirmat tunc temporis ad Iordanem à Ioanne baptiza-  
 tum esse Christum. Chrysostronus, Augustinus, Cyril-  
 lus & recentiorum pleriq; octauo calend April. cruci af-  
 fixum